Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Beatus de felici cuersione duo. fratrum.

Macharius aliquando narrabat dicens. Venerunt ad me quondam iuuenes duo. & unusquidem iam pleno, alter uero adhuc incipienti barbitio. Qui cum ignorantes me interrogarent. ubi est abbatis cella macharii. atq; cum ame cur eum requirerent interrogarent. opera inquiunt eius magna & uita eius preconabilem cognoscentes. uidere eum sumopere festinamus. Cunq; ego meipsum esse que quererent profiteor: mox meis pedib; prouolui ut mecum illos habitare permitterem postulabant. Quos cum uidere: uere excriuciarum opulentia delicatos. non posse mecum residere respondi. Et si hic inquiunt tecum manere non possumus. alibi tamen nos proficisci definita semel sententia mentis impellit. Quo ego audito cepi intra me ipsum ita reputare; si illos hinc abiero. scandalum paciuntur: Cum enim ipse expellere eos hinc fugere. & illi de mea murmurarent uoluntate. dixi illis. Ve[illegible]nite & construite uobis cellulas si pote[illegible]tis. At illi locum sibi demonstrari tantum modo poposcerunt. Quib; ego alueolum cum secure. &